

Jacob Lembke

**Rector Universitatis Rostochiensis, Jacobus Lembke/ U.I.D. & Antecessor, Ad Exequias ... Viro Joachimo Christiano Fabricio, Ministro Academ: publ. & Mensae Comm. Oeonomo, abs Moesta Vidua hodie parandas Omnes Omnium Ordinum ac Dignitatum Cives Academicos peramanter studioseq[ue] invitat : [P. P. sub Sigill. Rectorat. d. V. Mart. Anno. 1683. Procedemus ex Aede Marian. hor. 1.]**

Rostochi[i]: Keilenbergius, 1683

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777444194>

Druck Freier  Zugang





Lembke, J.,  
in  
J. Chr. Fabricius.

Rost. 1683.



100

100

100

100


100

100











44.

RECTOR

UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS,

JACOBUS Lembke/

J. U. D. & Antecessor,

ad Exeqvias

ORNATISSIMO LITERATISSIMO<sup>q</sup>  
V I R O

JOACHIMOCHRISTIANO FABRICIO,

Ministro Academ. publ. & Men-

Comm. Oeonomo,



abs

Mœstâ Vidua,

hodie parandas

Omnium Ordinum ac Dignitatum CIVES

ACADEMICOS peramanter studioseq;

invitat.

Rostochl,

Typis Viduæ B. FRIDERICI KEILENBERGII,

Univerf. Typogr. Ao. M DC, LXXXIII.





## Maginem Chy-

træus refert ex foro  
Livii, ceu adpellant, (Delic.  
p. 348.) observatu non indi-  
gnam, cujus altera facies  
vitam, mortem altera  
exhibet; utraq; inscriptio-  
ne suâ, quæ intendantur, e-

loquitur; illa his quidem verbis: *Vita fallax,  
crescendo decrescens, mortis ludibrio quot illaqueas  
hæc verò istis: Non terrori, verùm lætitiæ, solam  
Spem in Deo habenti futura sum; Neutra a veri-  
tate ablit. Quod enim ad vitam attinet, dum  
nihil omnia, nisi cursus, labor, sudorque & lu-  
dus, sunt (Eman. Thes. Olymp. lud. huc adpl. In-  
scr. p. 160.), dum rerum quarumlibet vicissitudi-  
ne ejus curriculum absolvitur, dum ab origine  
ipsâ finis pendet, quis in vita, præter vanitates  
& ludibria quidquam quærat, aut speret? Sanè,  
egregia est de prætextibus Politicis apud Save-  
dræ pictura (Symb. 78.) quâ Sireni præsentatæ  
lemmâ hoc: *formosa supernè, adjectum legi-  
mus. Exegesis ita habet: Quod in Sirene cernitur,  
formosum est; quod auditur, save; quod celat in-  
tentio, noxium; & quod infra aquas demergitur,  
monstruosum. Quis primo aspectu in aqualem  
istam**



istam diversitatem agnosceret? Tantum in  
oculos, ut fallant animum; tam suavem esse concen-  
tum, ut nares impellat in scopulos? Velut extraor-  
dinarium admirata est antiquitas monstrum istud;  
ac nullum magis ordinarium. Loca omnia eorū plena  
sunt; sicque ad scopum suum i. e. pretextus po-  
liticos ille adplicat, quæ de Sirenibus dici pote-  
rant. Crediderim, non errare, qui ad ipsam vi-  
tam quæ ludibriis est exposita ac fallaciis, quæ in-  
ter incrementa ad ipsa decrements multas id non  
prospicientibus properat, trahere idem ac com-  
modare suscipiunt. Quid enim istæ deliciae, quæ  
demulcentur mentes plurimorum; quid lautitiæ  
sunt ac vana somnia, quis detinentur? nisi for-  
ma quædam ac species non inelegans extrinsecus  
blandientium, quam, paulum si seqvaris, mon-  
strofa omnia excipiunt. Atque tū idem est horum,  
quos ista abduxere secum, qui amicorum Adriani  
exitus, de quo Spatian. quod propè cunctos ille vel  
amicissimos, vel quos summis honoribus everisset,  
ut hostium loco habuerit. Quem enim maxime vi-  
cæ desiderium cepit, nil metuentem deserit, sic-  
que explet, quod altera facies imaginis à Chytræo  
descriptæ insinuat. Unde sanius agunt sœque salu-  
tius rectius consulunt, qui ad alteram illius faciem  
attenti, ita vivunt ut mortis se haud quæquam de-  
meminisse comprobent; atque ita mortis memine-  
runt



runt, ut soli se Deo uti fidere, ita vivere in omnibus  
demonstrent. Huc respiciunt Regiæ illæ apud  
Anglos inscriptiones, quas in sepulchris Eduar-  
di I. & III Conjugum laudatus modò Chytræus  
(delicp. 762) vidit. *Disce mori* ita illius, *discovivere*,  
ita hujus monuit epitaphium, cuius utriusq; sen-  
sum sensus Germanici illius rythmi, quo delecta-  
tus maximè fuit, Johannes Nassoviensis Princeps  
exprimit, quisquis moritur antequam moritur, is  
non moritur, cum moritur, ei ceu inscriptio ima-  
ginis allegatæ habet, non terrori sed latinæ tan-  
quam omnem spem in Deo habenti, mors fu-  
tura est. Sed quorsum hæc omnia? ut commen-  
demus votum illud, absq; vobeatè defunctus  
Noster, cui hodiè hæc Exequiæ parantur,  
vitæ suæ curriculi ante annum fortè sua  
met manu describi cæpti exordium fecit:

**O DEUS** (ita enim vovet) *ô nostra qui pro-*  
*longatio vita,*

*Vivere de sanctè, da bene posse mori!*

Ex quò quippe satis adparet, non tam  
alterius (imaginis ex Chytræo petitiæ) faciei,  
quæ vitam refert, quam ejus, quæ mortis  
simulacrum exhibet, perpetuâ ipsum con-  
templatione fuisse delectatum. Cere-  
rùm idem etiã à Parentibus utpote, si Proa-  
rum, **Boni tamen etiam Nominis** integerri-  
mæque



mæque famæ Virum, JOHANNEM SCHMID-  
DIUM Publicum apud Trampovientes Ho-  
spitem excipias, paternam quoque lineam, Re-  
verendis meritisque coetus Deo sacri Pa-  
storibus, infirum velut & in generatum esse  
porerat. Pater enim fuit DN. CHRISTIA-  
NUS FABRICIUS, quem Ecclesia quæ  
in Wirstock, Schulgen & Kezendorff T. O.  
T. M. Patri colligitur curam animarum  
gerere fidelissimam vidit: velut Avus, Wel-  
sichdendorfsen, Steinbeccensi & Woldenber-  
genfi Parochiæ non absque laude singulari  
præfuit; qui præterea famigerabilis Poëtæ  
titulum merebatur, de quo Nepos ipse, B.  
def. N. notat, quod, *quicquid tentârit scribere  
versus fuerit*; possentque huic rei testimonium  
perhibere ingentia carminum volumina,  
quo suis in casus conscripta, nisi cum Au-  
tore, quem Monachomonti, qui locus exuli  
receptaculum fuerat, pestis exire è vivis jussit,  
Anno 1638 simul interiissent. Atque habuit hic  
ipse sociam vitæ individua B. Nostri A-  
viam, castissimam Matronam JUDITHAM  
HELWIGES, per 50. Annos vigilantissimi  
Liebenwaldensium Pastoris DN. M. JO-  
ACHIMI HELWIGIL, dilectissimam Filiam.  
Nec in maternâ lineâ desunt, quos memorare



B. Defunctus N. decorē valuerit. Mater  
ipsa, honestissima foemina DOROTHEA  
EMMERICHS, Patrem habuit Electoralem  
Branbenb. Saluarium (ut à Speidelio in spec,  
Jurid. suppeditatâ voce utamur) in Speeren-  
berg, Eucharium Emmerich. Aviam verò  
Maternam laudat omni virtutum genere con-  
spiciam foeminam CATHARINAM HERTZ-  
BERGS; cujus Pater, Avus, Pro Avus Mit-  
senwaldæ Consulatum gessere, isqve quem  
ultimò nominavimus nonagesimum annum  
feliciter attingit. His Parentibus ortum debuit N.  
Anno MDCL. secunda Pentocostes feriâ,  
horum etiam curam in educatione maximè  
deprædicat, quanquam tredecenni sibi ere-  
ptâ esse Matrē queratur. Sed finè ut attingerent  
eò optatiorem profectus filii, sexennem Mit-  
senwaldam misere ad Aviam, ut publicæ ibi-  
dem Scholæ inscriptus publicâ quoque infor-  
matione frui posset. Hinc Anno 1660. ad  
Jutterboccenses ivit & ab honesto ibidem  
pioque Cive, Jürgen Berendt / dum viveret,  
ejusque, ubi decessisset, relicta viduâ ELISA-  
BETHA SCHMIDIT Shonestè, qvin imò instar  
filii, fuit habitus. Perstitit ibidem, fidelique Dn.  
Præceptor. manu ductione nō sine fructu usus  
est donec Ann. 1668. postquam publicâ de Gra-  
titu;



titudine Oratione 17. Martii valedixisset, Do-  
mum ad Parentes reverteretur. Provocat h. l.  
ad (Tit. pl.) Dnm L. HELWIGIUM, hodiè Doct.  
& Episcop. REVALIENS. non absque maximò en-  
comio nominandum; cujus quippe svasu Ste-  
rinum se contulerit. Unde tamen, cum non  
suppeterent vivendi media, mox Berolinum  
migravit, inque Colonienſi Petrino Gymna-  
ſio Müllerum Wellenium, Grabovium ſicut,  
deinceps Fürſtenwaldæ Dreslerum, Viros in  
re literaria Cimos diligentiffimè audit. Tan-  
dem ad Wirtebergenses abiit atq; Lipſienſes in-  
terq; hos, quò valebat inſigniter, Muſices ſtudio  
alimenta vitæ ſuſtentandæ neceſſaria acquiſivit.  
Neque tamen commorari diu illic abſq; aliis  
adminiculis ipſi licuit. Hamburgo igitur Lube-  
câ Wiſmariaque nec non Guſtrovio; ubi per bi-  
ennium vixi, viſis, huc denique devenit, ac ubi  
per ſes quæ annum Convictorii famulum egiffet,  
Beatiff. Collegæ N. Pl. Rev. & Excell. DN. M.  
Hermanni Becceri P. P. & Paſt. Cathedr. menſa  
uti cœpit, uſque dum hoc ipſo jejuniorum tem-  
pore Ann. 1674 B. Johanni Hindio Acad. Mi-  
niſtro publ.; cujus & Viduam poſtea, ſub an-  
ni illius finem Matrominio ſibi, Deo ita dirigen-  
te, junxit; ſurrogaretur. Et biennium ferè e-  
lapſum eſt, ex quò Communis etiam menſæ  
Oeco.




Oeconomum constitutum novimus: Ceterum  
in officio utroq; fidelem atq; industrium depre-  
hendimus; quippe qui etiam si per trimestre fere  
consiliis excellentissimi experientissimiqve DN.  
Collegæ, & Amici N. honoratissimi DN. D. JOH.  
BACMEISTERI, Medicis subinde indiguerit,  
suam nihilominus promptitudinem in quibus-  
libet, quæ ab ipso requiri poterant ritè expe-  
diendis, constantissimè comprobavit. Vicit  
languor, qui 23. Febr. nuper ipsum à meride in-  
vasit; isqve ea sumpsit incrementa, ut post-  
quam 25. ejusdem mensis die, quæ erat do-  
minica Invocavit, abs Venerabili Dno Confes-  
sionario s. Pl. Rev. DN. M. Ludovico Barclaio,  
Archi. D. MAR. instructus sacro viatico esset, se-  
quentem, 26. & Lunæ, diem experiretur emor-  
tualem, vitamq; ante trigesimali tertii anni finem  
finire, voti feliciter compos redditus: O Deus  
da, bene posse mori. Nostrum est hæc pari-  
ter meditari devotissime; imò nostrum est co-  
mitari in solatiū mœstæ Viduæ ac Consangui-  
neorum funus ejus, cujus fideli hætenus & pa-  
ratissimò usi sumus ministerio. Convenieris er-  
go hodiè, Academici cives honoratissimi, & stima-  
tissimi, & Ministro Academiae publ. favorem &  
& amorem ultimū, quem illi omnes exoptant,  
restabimini. P. P. sub Sigill. Rectorat. d. V.  
Mart. Anno. 1683. Procedemus ex Aede  
Marian. hor. 1.




















titudine Oratione 17. Martii val  
mum ad Parentes reverteretur.  
ad (Tit. pl.) Dnm L. HELWIGIUM  
& Episcop. REVALIENS. non absque  
comio nominandum; cujus quip  
rinum se contulerit. Unde tam  
suppererent vivendi media, mo  
nigravit, inque Coloniensi Petr  
sio Müllerum Wellenium, Grab  
deinceps Fürstenwaldæ Dresleru  
re literaria Cimos diligentissime  
dem ad Wirtebergenses abiit atq;  
terq; hos, quò valebat insigniter, M  
alimenta vitæ sustentandæ necessa  
Neque tamen commorari diu il  
ad miniculis ipsi licuit. Hamburg  
câ Wismariaqve nec non Gustrovi  
ennium vixi, visis, huc deniqve d  
per ses quiannum Convictorii fam  
Beatiss. Collegæ N. Pl. Rev. & Ex  
Hermanni Becceri P. P. & Past. Cat  
uti cœpit, usqve dum hoc ipsò jeju  
pore Ann. 1674 B. Johanni Hind  
nistro publ.; cujus & Viduam po  
ni illius finem Matrominio sibi, De  
te, junxit; surrogaretur. Et bien  
lapsum est, ex quò Communis e



Do  
h l.  
& t.  
en-  
te-  
on  
am  
na-  
ur,  
in  
an-  
in-  
dio  
vit.  
liis  
be-  
bi-  
ubi  
er,  
M-  
sa  
m-  
mi-  
n-  
e-  
la  
o.